

humanitas

Vol. II

IMPRENSA DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA
COIMBRA UNIVERSITY PRESS

FACULDADE DE LETRAS DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA
INSTITUTO DE ESTUDOS CLÁSSICOS

HVMANITAS

VOLUME II



COIMBRA

M C M X L V I I I - M C M X L I X

De *Humanitate* prodeunti litterae(!)

W. F. JACKSON KNIGHT FRANCISCO
REBELO GONÇALVES S.

Tanto me tu, o uir inlustrissime, gaudio cumulaisti, ut uix mei compos dubitarem qua tandem eloquentia posseni tibi gratias, non dico dignas, sed potius quascumque, pro /ara insigni mihi habito honore agere. Delatum enim ad me erat, ab ipso te missum, et tua manu lepidissime, honorificentissime, nitidissime uerbis inscriptum, donum quo nullum gratius meminisse ne umquam accepisse. /ara commentarium, Humanitas gwoζζ uocatur, in manibus uersanti, zpsa illa mihi diuina Humanitas, humano generi unice salutaris, ante oculos uersari uidebatur. Quae quatenus ac qua ratione utilis possit esse, 1 »;5- te ipso sciat uel subtilius uel copiosius exponere? A te princi-pwra operis; tu, ipsius Humanitatis antistes, primus chartas euoluenti planum fecisti, quid potissimum in illa sit, cz/r salutem nostram in illa positam esse uideamus. Et magnae quidem molis res; nempe maxima quaeque, ¾/ facilli?ne discreueris ac dinoueris, ita difficultime descripseris uerbisque definieris; at

- (1) Quamquam ornatissimus huius epistulae auctor, omnibus, qui Latinas quidem litteras profiteantur atque excolant, haud hercules ignotus idemque carissimus, de *Humanitatis* moderatore eiusque operis sociis tam belle tamque benigne scripsit ut non sine quodam rubore ipsius uerba legere posse uideamur, hanc tamen, omni prorsus modestiae studio posthabito, nos hic in lucem proferre ualde iuuat. Multa enim, subtili elegantique stilo exarata, pulchriora in ea sunt quam quae in scrinio nobis ipsi seruemus. Quam recte ac luculente hominum amicitiam laudat! Quantum eam ad cultum atque humanitatem prouehendam conferre merito censem! Tanto autem uiro, ,qui de nobis tam bene senserit, maximas gratias et habemus et referimus. HVMANITATIS MODERATOR.

tu, quod plurimi non potuerunt, id ipsum potuisti. Sequitur te signiferum auctorum grauissimorum cohors; res diuersissimas quanto illi quidem acumine, quantis Iwninibus ingeni, tractant, scrutantur, inlustrant! Per gratum nobis, quod neque ab ista subtiliore uerborum interpretatione, née ab inquisitione earum rationum et quasi uincolorum quae inter antiqua et nostra tempora intersunt, abhorruerunt. Qua uero arte tanta materies in aptas partis digesta atque in ordinem redacta delectat legentem! Qua cura, peritia, munificentia editor, qua tandem impressor, opus praeparauit totum, instruxit, exornauit! Nec illud quidem praetermissum in tanta copia uelim, quod uir humanissimus, discipulus tuus, Felisbertus Martins, de studio quodam nostro tanta cum amicitia atque indulgentia scripserit. O scriptorem felicem, si cui contigit, audenti per ingens nomen Maronis ad res humanas accedere, ad uiros, si qui alii, humanissimos deduci, et aliquid saltem, quantum per imbecillitatem licet, consequi ad consociandas gentis per amicitiam atque humanitatem! Sed quid tibi ego de amicitia loquor, qui Britannus ex insula septemtrionali scribam tibi, uiro illius gentis fama nobilissimae, nostris autem per sescentos annos fide, societate, amicitia coniunctissimae? Atqui ista quidem amicitia, quae perstat inter nos perstabitque, nondum per totum orbem est peruagata. Liceat ergo, quod fas est nobis, optare, ut quae adhuc passim desideratur amicitia, sicut praeteritis temporibus, ita futuris, magis ac magis per omnis gentis concilietur, admidente summis uiribus Lusitana Humanitate.

D. ad Iscae P ortum (1), pridie Kal Iui. anno Domini MCMXLVIU.

(i) Qui Anglica lingua *Exmouth* appellatur.